NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457
Seite 35r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ca. xx.

rombus sumptis ex causa iudeorum 2° ex admissione gentilium ibi Ad si aliquid 3° ex consideratione diuinorum iudiciorum ibi Nolo autem uos ignorare Circa p^m ponit tres rationes Prima est quia casus iudeorum non est vniuersalis 2^a quia non est iustus ibi Dicit q° 3^a quia est repabilis ibi Nobis enim dico Prima adhuc in d quia p^mo declarat propositum 2° concludit intentum ibi Quid ergo Primum autem declarat exemplo duplicis et p^mum est simpliciter dicit q° Nunquid deus gratia^r repulit plebem suam iudaicam qui dicebat^r populus dei peculiaris Absit Nam et ego israhelita sum ex semine abrahe de tribu beniamin qui tamen uocato non solum ad fidem sed ad apostolatum sic deo concludit Non enim repulit dominus plebem suam quem presciuit. 1. predestinauit de iudeis ut patet in paulo et aliis apostolis Secundum ex^m est de helya qui credebat totum populum ad ydolatriam conuersum et omnes prophetas occisos et tamen non erat ita et hoc est quod dicit^r An nescitis in helya quid scriptura dicit^. q. d. scire debet^r Quemadmodum interpellat deum aduersus israel non zelo inuidiae sed amore iustitiae. 3 Reg 19. Domine prophetas tuos occiderunt ut non remanent altaria dei Altaria tua suffoderunt ne mutemat^r locus commendi te et ego relictus sum solus. Sic enim credebat quia spiritus prophetie non sic tangebat omnes prophetas neque de omnibus ut dicit helizeus 4 Reg 4 de sunamite Anima eius in amaritudine et dominus celauit a me et quare aiam meam ut nihil remanet de altari diuino Sed quid dicit illi responsum diuinum ad repellendum eius dictum Reliquimi mihi septem milia virorum. 1. seruauit colenati deum qui non curuauerunt genua ante baal et ideo non es solus Et hic conuenit applicat ad propositum Sic ergo et nunc in hoc tempore sec legis noue Reliquie secundum electionem gratie dei salue facte sunt. 1. aliqui ex iudeis ad hoc spa^r electi ex gratia saluti facti sunt per fidem x^ri sicut in de apostolis et aliis primo credentibus qui fere omnes fuerunt de iudeis Si autem gratia dei saluti facti sunt dicto modo iam non ex operibus sed legis que hoc fieri non poterat ut supra dictum est Alioquin gratia non est gratia quod reddit^r ex operibus debitum est et non gratia Quid ergo Hic concludit intentum suum quod casus iudeorum non est generalis dns Quid ergo sup sequit^r ex dictis Quid igitur israel. 1. maior pars populi hoc non est consecuta sed iustitiam per fidem xpi aut aduentum expectabant iudei Electio autem consecuta est. 1. apostolis et aliis ad hoc electis Ceteri vero excecati sunt manentes in infidelitate sua Dicit scriptum est vs 6.